



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

20. Inuasio bonorum, ac jurium ad Sedem Apostolicam spectantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

speciali & expressa Sedis Aposto-  
licæ licentia.

Iuridice & autoritatiue: Causæ ca-  
pitales sunt quibus rei afficiuntur  
vel supremo supplicio aut liberta-  
te & iure ciuitatis priuantur. v.  
g. cum deportantur vel ad metal-  
la, triremes dānantur. Excipe ta-  
men duos casus. 1. Quando & ex  
quacunq; causa Clericus privilegi-  
um fori perdidit. 2. Quando Cle-  
ricus in flagranti delicto depre-  
henditur, potest tunc à ministris  
iustitiae sacerularis capi, non tamē  
super causā cognosci, sed detineri  
ne evadat & iudici Ecclesiastico  
sistatur pro quantitate delicti pu-  
niendus.

X X. Inuadentes demum, de-  
struētes, occupantes, detinentes  
per se vel alios directe vel indire-  
cte sub quocunq; titulo vel colore  
in totum vel partem bona, aut ter-  
ras, iura, ad Sedem Apostolicam  
per-

pertinentia, seu mediatè seu immediate subiecta. Item iurisdictionem in terris Rom. Ecclesiæ competentem de facto usurpan-  
tes, perturbantes, retinentes, aut vexantes, auxilium, consilium, fa-  
uorem in eisdem præstantes.

*Si hec faciant iniuste, præsumptuose  
aut sine bona fide, probabili titu-  
lo: aq[ue] ea loca tantum intelligun-  
tur in quibus Sedes Apostolica Ius-  
dit per suos Officiales, quæq[ue] in  
feudum data.*

*In fine fertur excommunicatio in eos  
qui scienter & dolosè sine facul-  
tate à casibus Bullæ huiss absolu-  
unt, quæ tamen iuxta commu-  
niorem non reseruatur Summo  
Pontifici. Neque incident it, qui  
absq[ue] p[ro] assumptione Mortali, sed ex  
Ignorantia, inaduententia aut  
causa probabili absoluunt. Sa. de  
excom. Bullæ. n. 16.*

Caput: